

Psalmus. Cix. In quo monet subici
xpo tanq̃ vero deo et homini.

Exox prophete.

Oportet dominus pater (dño) filio qui do-
minus (meus est/sede a
dextris meis). i. expleta militia tua et perfecta obediētia
quiesce in portionibz bonis meis/hoc aut factū fuit in as-
cenſiōe. **S**ed dico. **D**onec ponā inimicos tuos/im-
perio tuo subiectos vel adoptatos vel victos ut (sub pe-
dibz tuis subiecti omēs locū teneāt) volētes vel nolētes
volūtate vel neātate. **P**rophha oñdēs vñ regnū xpi
incepit ait ad xpm. **V**irgā. i. regiā ptātē dñatiue
(Vtutis tue dabit tibi dñs pater ex syon) qz ex iudeis
origialiter inchoatū ē in credētibz regnū xpi (dñare)
ergo o xpe vel dñaberis (in p̄cordijs) per fidē quōdam
(inimicorū tuorū) et modo iam ouerſorū et tibi iam ppria
volūtate subiectorū. **D**ñare dico et hoc racōnabili-
ter qz ego pater. **S**um principiū vnū et idē tecū eadē
dñandi ptās et principādi auctoritas est michi tecum
et hoc apparebit (in die claritatis eterne qñ manifesta-
bitur omibz sanctis qui fulgebūt sicut sol) qz tu es in
me et ego in te p vnitatē essentie potentie et maiestatis/
et hoc qz (ego ex intima et secreta mea sūstātia ineffabi-
li gemitura genui te) et nō in tpe s; (ante omēs creaturā)
Prophha de sacerdotio xpi ait. **I**urauit dñs) pater
xpo (et incōcussavit eum) et nūq̃ mutauit (tu es
sacerdos in eternū) sacerdos est qz semetipm obtulit
deo patri in ara crucis et deū patrē sp̄ interpellat p nob/
tu es sacerdos dico/ et hoc (secūdum ordinē melchise-
dech) q̃ panē et vinū obtulit in sacrificio/ et tu ita facies
in cōsecratione corporis et sanguinis tui.

Propheta conuertens sermonem ad patrem ait. o domine pater.

Dominus ihesus sacerdos iste (a dextris tuis) sedens (confringeret). scilicet in die iudicii quando apparebit ira et vindicta sua (reges) qui nomen christi delere volebant unde sequitur.

Et ipse. **J**udicabit in futuro (in nationibus) omnibus. quia iudicium finale generale erit tunc (implebit ruinas) corpora mortuorum resuscitando que per mortem ruerunt a pnti vita et implebit ea animabus propriis que illa uiuificent et gubernent (et conquassabit capita). id est conteret superbiam et altitudines (multorum) hereticorum et tyrannorum grauius puniendo etiam in vita pnti in qua sepe de multis superbis humiles facit.

Hoc autem facere habebit potestatem passionis sue merito quia. **D**e torrente et fluxu mortalitatis nostre et turbulenta passione (bibet) nascendo et moriendo et hoc (in via) pnti uite (et propterea) quia humiliatus est factus obediens usque ad mortem (exaltabit) deus pater (caput) eius dando ei potestatem iudicariam et omnibus dominandi.

Psalmus. **C**x. in quo monet ad laudem dei perpetuam propter tam admirabile beneficium.

Vox prophete.

Confitebor tibi domine confessione laudis (ex toto cordis affectu) ut nulla pars cordis mei sit que non sit in tuis laudibus occupata et hoc non in oculis hereticorum aut perversorum hominum sed (in aggregatione iustorum) qui voluntatem tuam et consilium sciunt et sequuntur. **I**deo laudabo quia **M**agna opera domini magna opera creationis faciendo ea de nichilo in tanto numero et tam admirabili diuinitate magna opera recreationis de impiis et peccatoribus facere pios et iustos / opera dico (exposita in omnes voluntates eius) quia omnia quecumque uult eximie et mirifice facit. **L**aus et